

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Kritik an Varros Lehre von den Göttern

1 O Marce Varro, cum sis homo omnium acutissimus
2 et sine ulla dubitatione doctissimus, sed tamen homo, non
3 Deus, nec spiritu Dei ad videnda et adnuntianda divina
4 in veritatem libertatemque subvectus, cernis quidem quam
5 sint res divinae ab humanis nugis atque mendaciis diri-
6 mendae; sed vitiosissimas populorum opiniones et consue-
7 tudines in superstitionibus publicis vereris offendere, quas
8 ab deorum natura abhorrere vel talium, quales in huius
9 mundi elementis humani animi suspicatur infirmitas, et
10 sentis ipse, cum eas usquequaque consideras, et omnis
11 vestra litteratura circumsonat. Quid hic agit humanum
12 quamvis excellentissimum ingenium? Quid tibi humana
13 licet multiplex ingenisque doctrina in his angustiis suffra-
14 gatur? Naturales deos colere cupis, civiles cogaris. In-
15 venisti alios fabulosos, in quos liberius quod sentis evo-
16 mas, unde et istos civiles velis nolisque perfundas. Dicis
17 quippe fabulosos accommodatos esse ad theatrum, naturales
18 ad mundum, civiles ad urbem, cum mundus opus sit di-
19 vinum, urbes vero et theatra opera sint hominum, nec
20 alii dii rideantur in theatris, quam qui adorantur in tem-
21 plis, nec alii ludos exhibeatis, quam quibus victimas im-
22 molatis. Quanto liberius subtiliusque ista divideres, dicens
23 alios esse deos naturales, alios ab hominibus institutos,
24 sed de institutis aliud habere litteras poetarum, aliud sacer-
25 dotum, utraque tamen ita esse inter se amicas consortio
26 falsitatis, ut gratiae sint utraeque daemonibus, quibus
27 doctrina inimica est veritatis! Sequestrata¹ igitur paululum
28 theologia, quam naturalem vocant, de qua postea disseren-
29 dum est, placetne tandem vitam aeternam peti aut sperari
30 ab diis poeticis theatricis, ludicris scaenicis? Absit; immo

¹ **sequestrare = intermittere**

31 avertat Deus verus tam inmanem sacrilegamque demen-
32 tiam. Quid? ab eis diis, quibus haec placent et quos
33 haec placant, cum eorum illic crimina frequententur, vita
34 aeterna poscenda est? Nemo, ut arbitror, usque ad tan-
35 tum praecipitium furiosissimae impietatis insanit. Nec
36 fabulosa igitur nec civili theologia sempiternam quisquam
37 adipiscitur vitam.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Geben Sie syntaktische Erläuterungen zu dem Satz **“sed vitiosissimas ... litteratura circumsonat.”** (Z.6-11)!
2. Wie läßt sich der Modus von **“evomas”** (Z.15/16) erklären?
3. Erläutern Sie semasiologisch den Begriff **“consortium”** (Z.25)!